

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mulier e
cum fonte primo

Quanti et quales clerici simul
et laici post confessionum
uictoriarum calcata certamina, post
magnalia ac mirabilia usque
quaque monstrata noscuntur cum hiis
omnibus naufragasse, cum uolunt in nau
fragili nauigasse? Quantos leones domuit
una infirmitas delicata que cum sit uilis
et misera de magnis efficit predam?
Quod Salomon ait:
Precium meretricis uix est
unius panis; mulier autem preciosas
animas rapit.

Augustinus ibidem (de cohabitatione
clericorum et mulierum).

quanti et quales episcopi et clerici simul
et laici post confessionum
uictoriarumque calcata certamina, post
magnalia et signa uel mirabilia usque
quaque monstrata, noscuntur cum his
omnibus naufragasse, cum uolunt in nau
fragili nauigare? quantos leones domuit
una infirmitas delicata, quae cum sit uilis
et misera, de magnis efficit praedam?
quod Salomon loquitur dicens: pretium
meretricis quantum est
panis unius, mulier autem pretiosas
animas capit.

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De*
singularitate clericorum, 4 (CSEL 3.3,
W. Hartel ed., pp.177-8, ll.27-30, 1-4).